



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.6. Puella quali sit nupta marito intelligit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

filiam seruo, quàm morti tradere. Itaque consentit in nuptias, quamuis animo multùm reluctante. Apparantur nuptiæ, &, obstupescente tota ciuitate, celebrantur.

Nemo diaboli ope nitatur, qui vult felicem negotiorum suorum exitum; non cupit ille hominibus bene esse. Quocirca & puellæ illi non diu benè fuit. Multa in eius marito deprehendebantur, quæ suspicionem ciebant. Inter quæ etiam fuit, quòd numquam videretur accedere ad sacram synaxin; immo quòd sollennia officia, conuersiones, aliaque quæ in templo ad diuinum cultum instituebantur, apertè declinaret. Fuerunt igitur, qui ad coniugem eius accederent, dicerentque: Nostinè qualem nacta sis maritum? nempe hominem minimè Christianum. Neque enim quidquam facit, quod Christianum decet. Dum alij in templo orant, aut domi dormiunt, aut foris ludunt, aut alicubi bibunt: quod facere solent non nisi impietate absorpti, ac diuina nihil facientes. Hoc vbi audiuit noua nupta, Deo impensè addicta, tum sensit, quàm citò mundi gaudia in luctum conuerterentur. Siquidem dolore & poenitudine plena, velut fulmine tacta in terram cecidit, cœpitque

VI.
PUELLA
QUALISIT
NUPTA
MARITO
INTELLIGIT.

que pectus palmis tundere, comas dilacera-
re, genas vnguibus foedare, facereque om-
nia, quæ Mænades solent, cum insaniunt;
repetito identidem clamore, *Hon cur nata
sum?* Aduolauit ad hunc vlulatum etiam
maritus, qui, intellecta questus causa,
diu contentè negauit, id quod reuera erat,
dictitans magnam esse hominum inuidiam,
qui in recentia matrimonia libenter soleant
discordias inseminare. Verùm puella, tum
se verbis eius credituram respondit, si facta
dictis competere. Atque vt fides consta-
ret, cras, inquebat, mecum in templum
venito, meque inspectante, ad sacrum sa-
cerdotis tribunal, atque inde ad diuina
mysteria sumenda accedito. Tunc enim ue-
rò oculis plus credam, quàm auribus. Hac
condicione adactus, tandem, quod res erat,
fessus est, totamque rei seriem retexuit,
pactumque cum Orco initum illi patefe-
cit.

VII. Morbo mariti percepto, innocens puel-
la illico cucurrit ad verum medicum S. Ba-
siliū Episcopum, eique omnem rerum ge-
starum ordinem recensuit. Is maritum ius-
sit accersiri, qui cum lachrymis illi om-
nia confessus est, nec quidquam negauit.

DEVM,
ANGELOS
BONOS,
IMMO ET
BONOS
HOMINES,
DIABOLO

Chi